

quae ad infinitum protrahere licet,
sunt, ut dicere prope possim: testis
um pars magna fui; satisque hodie
ntur, etiam pro Tuccii nostri, alio-
quos afferre solemus singulis men-
s.

**

Aenigmata

I

terior semper deposcere causas;
atque alter, vel lutulentus, erit.
nde mihi, lector, tu demere velles,
ir facies horrida quadrupedis.
si dira et segni cruciare podagra,
lquam tentes; non tibi totus erit.

II

it *totum*; *caput* eripe, basiat: eius
etiam *pectus*, sanguine tingit hu-
[mum.
mata in superiore fasciculo pro-
respondent: 1] *Ovum*; 2] *Senex*,

IOSFOR.


AMICIS

iterumque commendamus, velint
stro socios novos comparare. His
inariam subnotationem offer-
n ex speciminis gratia dicemus;
t Italia; libell. 5 (franc. 5, doll. 1,
peset. 5) apud exteris gentes;
die subscriptionis ad mensem
n MCMXVIII inclusive.
ritur, conatibus nostris, alto con-
tentibus, favete!


JOSEPHUS FORNARI, Sponsor.

E. - TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS.

ALMA ROMA



QVID QVID NON
POSSIDET ARMIS
RELLIGIONE
TENET



NUMMARIA MENSA ROMANA

(BANCO DI ROMA)

SOCIETAS ANONYMA EX SOLUTA SUMMA LIBELL. 100.000.000

Sedes caput et suprema gubernatio Romae in propriis aedibus
Corso Umberto I, N. 307 (Piazza S. Marcello)

...

Sedes aliae tum in Italia, tum apud exteris civitates:

Alba (cum off. in opp. Canale), Albano Laziale, ALESSANDRIA (in Aegypto), Arezzo, Avezzano, Bagni di Montecatini, BARCELLONA (in Hispania), Bengasi (in Cyrenaica), CAIRO (in Aegypto), Canelli, Castelnuovo di Garfagnana, COSTANTINOPOLI (in Turcarum Imperio), Fabriano, Fermo, FIRENZE, Fossano (cum off. in opp. Centallo), Frascati, Frosinone, GENOVA, LUCCA, MALTA, MILANO, Mondovi (cum off. in opp. Carrù), Montblanch (in Hispania), NAPOLI, Orbetello, Orvieto, PARIGI (in Gallia), Pinerolo, Porto S. Giorgio, Siena, Tarragona (in Hispania), Tivoli, TORINO, Torre Annunziata, TRIPOLI (in Africa), Velletri, Viareggio, Viterbo.

NUMMARIAE MENSAE ROMANAe RATIONES ET NEGOTIA.

NUMMARIA MENSA ROMANA pecuniam depositi nomine accipit: *a*) iuxta quotidianas computationes easque liberas, fenus rependens ad 3%, data facultate quotidie exigendis usque ad lib. 10.000; ex denunciato duorum dierum, lib. 25.000; dierum quatuor, lib. 50.000; pro maiore summa cum Mensae moderatore conveniendum est; *b*) computationibus pariter quotidianis, at vinculo adstrictis, lucro anno 4%, si vinculum erit mensium sex; 4 1/2 %, si mensium duodecim; *c*) parsimoniae fovendae sub specie, anno fructu 3.60 %, cum facultate quotidie defendi usque ad lib. 1000, et exigendi ad nutum quotidie lib. 300. De maiore vero summa mandatum dimittitur ad dies tres usque ad lib. 1000; ad dies septem usque ad lib. 5000; ad dies undecim usque ad lib. 10.000; ad dies quindecim, ultra.

Praeterea NUMMARIA MENSA ROMANA: *a*) perscriptiones compensat duarum personarum certa fide pollutum subscriptione munitas, post menses tres solvendas; idque pro omnibus locis ubi argentaria res publice agatur; *b*) mutationum agrestium ad formam, iuxta italicam legem d. 27 Ianuarii 1877 latam, tum Romae tum in Romana provincia requirentibus subvenit; *c*) in antecessum solvit atque mercatorio more pecuniam reportat sub praesidio fundorum publicorum, vel pecuniae nominum tum publicae rei, tum industriae privatae; *d*) litteras emitit ex credito pro locis ubi commercia tum Italiae tum exterarum gentium maxima aguntur; *e*) exteros numeros negotiatur eorumque collybum exercet; *f*) fiduciarias res in custodiam accipit, pro iisque adservandis capsas conducticias ex chalybe etiam suppeditat.

In universum, omnia pertractat quae propria Mensae Nummariae sunt.

Pro "ALMAE ROMAE,, Sociis

apud Commentarii Administratorem opuscula latine scripta venum dantur,
imminuto pretio prouti sequitur:

JOSEPHI FORNARI Fridianus et Francisculi prandium, Milesiae fabulae scenis accommodatae apud ephebea facile agendis. - Singulæ lib. 1; ambae lib. 1,50.

HERMINII IACOBELLI In campo latinitatis novi flores. - Si tegumento solut. lib. 1,50; si xyлина structura aureoque titulo, lib. 2,25.

I. B. FRANCESIA Saturio, Euplius, Ad Romam, Actiones dramaticæ. - Singulæ lib. 1.

I. ANTONELLI-COSTAGGINI Arrhae Gorgoniae, Milesia fabula. - Lib. 1.

PETRI ANGELINI De poëtis et numeris latinis. - Lib. 1.

Ann. V.

A
LA

Pretium annua
march. 10;
FORNARI d

De litteri

Antequam
est enuclear
me paucis
post Augustu
ctatae.

Constat en
litteras, quae
fectionis fasti
elegantia et
paucis post a
habere vider

Hac de ca
lerunt. Plieriq
sarum saeviti
teris pernicio
magis in libe
manasse, quo
ac pudenda p
potissimum te
tus demonstr
pere saeculum
civitas terraru

¹ Cfr. art. fas
scriptoribus.

e in propriis aedibus
S. Marcello)

EXTERAS CIVITATES:

ypto), Arezzo, Avezzano, Bagni di Montecatini, egypto), Canelli, Castelnuovo di Garfagnana, NZE, Fossano (cum off. in opp. Centallo), Fratm off. in opp. Carrù, Montblanch (in Hispania), Giorgio, Siena, Tarragona (in Hispania), Tivoli, glio, Viterbo.

TIONES ET NEGOTIA.

nomine accipit: *a) iuxta quotidianas ata facultate quotidie exigendi usque 10; dierum quatuor, lib. 50.000; pro b) computationibus pariter quotidianis, ensium sex; 4 1/2 %, si mensium duos 3.60 %, cum facultate quotidie defilib. 300. De maiore vero summa man septem usque ad lib. 5000; ad dies*

riptiones compensat duarum personae tres solvendas; idque pro omnibus estium ad formam, iuxta italicam legem rovincia requirentibus subvenit; *c) in ut sub praesidio fundorum publicorum, privatae; d) litteras emittit ex credito um maxima aguntur; e) exteris num res in custodiam accipit, pro iisque itat.*

Nummariae sunt.

IAE,, Sociis

a latine scripta venum dantur,

sculi prandium, Milesiae bea facile agendis. – Singulae

s novi flores. – Si tegura aureoque titulo, lib. 2,25.

Romam, Actiones drama-

iae, Milesia fabula. – Lib. 1.

latinis. – Lib. 1.

ALMA ROMA

LATINITATIS PRAECONIUM SINGULIS MENSIBUS EDITUM

Premium annuae subnotationis (fasc. 12) est in Italia libell. 9; ubique extra Italiam libell. 12 (doll. 2,40; march. 10; rubl. 4 1/2; sh. 10; coron. 12) ante solvendum rectoque tramite mittendum ad IOSEPHUM FORNARI doctorem, Romam, Via del Governo Vecchio, 96. ☺☺☺☺☺☺

De litteris apud Romanos
 ineunte saeculo christiano

Antequam venio ad rem quam in animo est enucleare,¹ haud obsonum esse puto, me paucis narrare, quibusnam casibus, post Augustum, litterae latinae fuerint iactatae.

Constat enim inter omnes, Romanorum litteras, quae aevo Augusteo, summum perfectionis fastigium attigerant, a pristina elegantia et nitore tantum recessisse, ut, paucis post annis, senectutem quamdam habere viderentur.

Hac de causa alii alias rationes retulerunt. Plerique autem immanem Caesarum saevitatem prae ceteris maximam litteris perniciem attulisse, atque ita multo magis in liberaliores artes ex ea damnum manasse, quod in Urbem *cuncta atrocia ac pudenda profluxerint*. Namque de hisce potissimum temporibus scripturus Tacitus demonstrat: *Corrumphi et corrumpere saeculum vocatur*. Quam foetida haec civitas terrarum gentiumque Regina! Quot

enim vitia, nullo prorsus vindice, in Romanum irruunt! Et Iuvenalis, acerrime, more suo, in vitiosiores insectatus, declamat:

*Nil erit ulterius quod nostris moribus addat
 Posteritas...
 Omne in praecipi vitium stetit!*

Uno verbo, erant saeva et infesta virutibus tempora: « Vetus aetas, ait Tacitus, vedit quod ultimum in libertate esset; ita nos quid in servitute, adempto per inquisitiones et loquendi audiendique commercio. Memoriam quoque ipsam cum voce amisissemus, si tam in nostra potestate esset oblivious quam tacere ».

Quae quum ita se se haberent res romanae, en Vergilius, qui omnibus admiratis, aurea tempora ac saturnia pollicetur:

*Iam nova progenies caelo demittitur alto,
 Magnus ab integro saeclorum nascitur ordo!*

Paulo autem post, narrat Tacitus, « vox haec inter homines effundebatur... Pluribus persuasio inerat antiquis sacerdotum litteris contineri, eo ipso tempore, ut valeaseret Oriens, profectique Iudea rerum potirentur ».

Et re vera hac circiter tempestate, religio christiana, ab Oriente profecta, per Urbem, ut peregrina lux placidis modis silentibusque diffunditur. Et Tacitus eam, nescio qua causa, turpiter vexat, malis

¹ Cfr. art. fasc. IV: *De Christianae sapientiae scriptoribus*.

coloribus eam Romanis depingit, et tanquam maleficam luem omni hominum generi infensissimam reprehendit.

Quibus e fontibus tot corruptissimam rerum molem deprompsit?

Tunc divino admodum numine afflatus, omnibusque adhuc ignotus,

*laribus e parvis et paupere terra
missus in imperium magnum,*

Romam ingreditur Petrus, Apostolorum princeps, et suam sibi habitationem eligit ad pedes montis Viminalis, domi apud Pudentem, clarissimum virum. Ipse enim, tamquam rerum potitus, hanc principem orbis terrarum provinciam sibi exornandam suscepit. Atque, uti fama perhibet, complures sive Ethnicos sive Iudeeos apud se adsciscit, eosque humanissime ad Christianorum doctrinam excolit. Et illa domus, quae primum ad Romanorum conventum accommodata fuit, et Christi discipulos undique accitos, ad pias preces effundendas accepit, paullatim, uno omnium sermone ac peregrino nomine, nova iam nota signato, *Oratorium* vulgo adpellatur. Haec fuit demum publica confessio, caput novarum gentium Romam esse. Ut olim populi latini rerum publicarum causa ad lucum Ferentinum conveniebant, sic in praesens Romani sacrorum causa apud Pudentem.

Ibi enim, brevissime, divina opitulante gratia, Pudens in primis et filii cum universa domo, sacro fonte abluti, inter priores Christi assecas recensentur. Haud ita multo post factum est, ut Praxedes et Novatiana eius filiae, praeclaris virtutibus exornatae, non modo celeriter accipient, quae tradebatur, Christianam sapientiam, sed etiam excellenter cum aliis suaviter communicent. Et Novatus et Timotheus filii, dum sorores, pietatis in Deum atque eximiae in egenos liberalitatis illustres, ad *Columnam Lactarium*, puellas parentibus atque inopia laborantes christiane instituendas congregant, Petri suaus atque

consilio, miseros apud insulam Tiberinam degentes, ex dominorum duritie, inedia morituros, domesticis opibus sublevant, eosque de se, de rebus suis bene in aeternum sperare iubent.

Ad haec, Petrus, quum Deo gratias protot muneribus ageret, quod frequentiores cives ad se stantes cerneret, comiter eos hilarique vultu excipit, et quo firmiores in proposito insistant, etiam atque etiam hortatur.

Crescunt sic in dies numero discipuli, et eorum quoque religio magna omnium laetitia, in aliorum incrementum dilatatur. Vita autem illorum prae ceteris umbratilis atque ab omni rerum strepitu aliena, ad caelestia omnino spectat omniaque mortalia pro nihilo contemnit. Quod primum ab antiquis de Romanis passim dicitur, nunc de Christianis admodum verissime effatum asseritur: *Agere fortia et pati Christianum est!* Hinc Romanorum religio ac virtus mirum in modum laudibus circa populos percrebrescit, atque in aliorum exemplum enitet. At difficillima tempora nacti, illi animum firmabant constantibus exemplis, et bonos esse quam videri malebant. Nil mirum sane si Paulus Apostolus ad Timotheum scribens, dixit: « Salut te Eubulus et Pudens, et Linus, et Claudia et fratres omnes ... ».

Verum in epistula ad Romanos, gratulabundus scribit: « Fides vestra annuntiatur in universo mundo ».

Interea improbus inferorum spiritus reente saevire coepit, sanctorumque consiliis obtrectari. Opere enim Hebraeorum, qui christianam sapientiam amplexati erant, ob neglectam suam circumcisionem, quam necessariam contra Concilii Ierosolimitani praescriptum autem, magnus fit in Urbe tumultus. Quamobrem Claudius imperator eos exegit. Iuvat Suetonii verba in medium referre: « Hebraeos Romae tumultuantes impulsore Chresto (Christo), Roma expulsi ».

Sic prima in Urbe adversus Christianos, quos falso Hebraeos Suetonius appellat, exoritur persecutio, et prima Christi discipulis occasio fortiter palam se se Christo devotos esse fatendi. Et incredibile dictu est, qua animi fortitudine discipuli illi invictos a cupiditatibus se se exhibuerunt, et nullum infortunium a se alienum reputarunt.

At dum novus spiritus inter cives reviviscere pro religione videtur, quo complices, strenuo animorum robore, se se Petri discipulos audacter fatentur, novus quoque necessario in urbe sermo, itemque pro re nata passim auditur. Quot enim ex improviso nova vocabula per ora hominum volitant! Multos ex graeco fonte manantia usurpantur, multaque etiam e fonte hebreao. Ipsa rerum necessitas ad hoc eos impellebat.

Et Romani, qui primum christianam doctrinam receperunt, eamque sunt celeriter amplexati, novum doctoris eloquium admirantes audiunt, et, quemadmodum conjectura assequi possumus, grato animo Apostolum divino ore beatae vitae praecpta sonantem prosequuntur. Verum, strenuus Apostolus in verbo caelesti tradendo unice innixus, ut omnes scilicet ad Christianum converteret, minime ad conscriendum animum appellat, et altissimum hoc munus Marco demandatum voluit, qui Evangelium atque Apostolorum acta graece enarravit, ut priorum Christianorum voluntati obsequeretur. Namque illo tempore, Romae et apud elegantissimos viros mos erat graece loqui et latine; sic, pro re nata, graece potissimum loqui et conscribere. Verum, quo potissimum eloquio sermocinari consuevit Petrus, quum in Urbe versaretur, omnium tunc populorum regina, ut tam cito Romanos, quibus adeo erant teretes aures ac delicatae, ad se adliceret atque teneret?

Haec quaestio, quae historicorum profanorum mentem torquere aliquando potest, nullo prorsus labore, mea quidem senten-

tia, solvit, si nos vel levissime considerare velimus, Romanos suam secum linguam cum armis conferre, eamque populis a se profligatis tradere. Ac propterea, Romanorum lingua ubique gentium cognita, et ad Hebraeorum confinia pervenit, qui prae ceteris Dominorum sermonem usurpare vel propter necessitatem, vel propter adulationem aliquantis per novisse in deliciis habuerunt. Haec enim semper fuit de victorum populorum conditio. Petrus vero, divinitus ad Urbem in vectus, ut civium Capitis gentium gratias obtineret, eodem nempe eloquio uti debuit. Scimus optime Solymae eum patrio sermone loquentem omnes uno eodemque tempore caelesti numine audivisse.

Ierusalem aliquando relicta, Antiochiam, in magnum illo tempore hominum doctorum conventum, se contulit, ubi per septem circiter annos, incredibili studio pro animorum cultu adlaboravit. Fas enim est credere, suffragante Dei consilio, illius civitatis mores cum lingua graeca arripere potuisse. Et illic quam frequens est hominum conversio! Antiochiae primum Christi discipuli Christiani cognomento sunt appellati: quo facto, rebus optime dispositis, de discessu in Urbem cogitavit. Eum comitabantur atque secure per ipsa tempestatis pericula regebant sors atque salus omnium populorum. Et quot rerum novitates! In mentem facile recurrent quae multis saeculis post sanctus Thomas ab Aquino cecinit:

*Recedant vetera, nova sint omnia
Corda, voces et opera!*

Nova enim religio, nova invehit vocabula, in iis praesertim, quae ad divinarum rerum cognitionem pertinent. Nec mirum sane, quin imo in antiquam ac prope senescentem romani eloquii molem, virens, quaedam rerum materies, rediit, quae sapienter divinitusque, intermortuos Romanorum spiritus ad vitam revocavit.

I. B. FRANCESIA.

ANTIGONE

CARMEN ANTONII FAVERZANI

MERATENSIS

IN CERTAMINE POËTICO HOEFFFTIANO ANNI MCMXVII MAGNA LAUDE ORNATUM¹

Vixdum, rure suo Verbani propter apricum
litus, in optato componere membra cubili
post multos potuit menses, famulumque be-

[nigrius
dimisit Laurus miles, paulo ante revectus
caecus ab urbe domum, penitus suspiria traxit,
te velut implorans, cordis qui vulnera mulces,
Somne; sed in cassum, nam tempora lapsa
[recurrant,
ac species animo sine fine iacentis oberrant.
Et nunc mater adest, dulcisque videtur, ut

[olim,
nati velle caput teneris cinxisse Iacertis
atque laboranti placidam suadere quietem;
infortunati nunc adstat imago parentis,
virtutemque simul laudans pectusque virile,
tentat, si curas queat abstergere molestas.

Tum se mente videt puerum, festisque
[diebus
in vici platea paribus colludere gaudet,
dum sacra facturus mystes procedat ad
[aram...

Discit prima libens elementa, docente puella;
artibus ingenuis incumbit in urbe Papia,
adsiduaque manu, mira dulcedine tactus,
nobilium coepit versare poemata vatum,
quosque tulit Latium claros et Achaica tellus
scriptores legit; et gestit fingitque futura
omnia laeta sibi..., cruda cum morte misello
praeripitur genitor. Dum, nescius ille timere,
sternaci vectatur equo, caeco impete raptus,
incurrit birotae, quadrupesque exterritus alta

¹ Honori nobis ducimus alterum hoc carmen, a iudicibus certaminis poëtici Hoeufftiani, uti in superiore numero nuntiavimus, magna laude ornatum, per nostras paginas vulgare; clarissimoque auctori, qui ulti hanc facultatem nobis dedit, amplissimas gratias habemus et referimus. — ALMA ROMA.

iactat crura furens, se arresto pectore tollit,
excussumque equitem pedibus proculcat, iner-

[tis
perfringens pectus...; qua, sicut fulminis ictu,
concidit ipsa brevi mater percussa ruina;
nec procul amborum tellus complectitur
[ossa...;
et soror una manet, nuper desponsa sodali...
Volvuntur celeres menses, volvuntur et anni:
confectis studiis multa cum laude, refertur
doctores inter, nullusque beatior ipso,
cui blanda spes, cui ridet formosa iuventa,
divitiaeque parant et docta Minerva reservat
otia grata...

Sed horrendum terraque marique
exoritur bellum, patriaeque instinctus amore,
castra volo sequitur, veteres ac pugnat in
[hostes.

Hospita vicini nemoris philomela virentis
hic tacitas subito iactat modulamen ad auras,
materiam cantus tentamentumque futuri.

Dat gemitum iuvenis...; fluitant simulacra,
[subinde
vanescunt, abeunt sensus, obrepit in artus
somnus defossos, et Laurus nescit ubi sit.

Nescit ubi sit...? Quid cursus emensa si-

[lentis
nox est? Qui fremitus resonant? Quae somnia
[sensus
illius vexant? Accendere velle videtur
Martem, aegreque scabris vox aspera fauci-
[bus exit.

Alpinis est in scopulis, certamen initur,
aeratosque globos, sternentes corpora passim
morti, tormentum reboans effundit in auras;
subsunt iuga terrifico succussa fragore;
dissiliunt ipsae chalybaea grandine rupes
et totum rupto credas ruere aethere caelum.
Hinc atque inde catervatim per saxa

[cruenta
nituntur fortes, certant, caeduntque caduntque
exanimi deinceps multi, inque abrupta fe-
[runtur.

Ecce autem, dum voce suos, dux ordinis,
[ipse
excitat impavidus, flammarum displosa repente
ante pedes pila pestiferam coniecit in ora,
offusisque oculi caligavere tenebris...

Excutitur somno visis tremefactus, et
[alman
persensit lucem, quam non videt amplius,
[ortam,
in pugnaque gemit se non cecidisse per
[hostem.

Ast Irena soror, postquam spes omnis
[adempta
fraternos oculos, detersa nocte medendo,
rursum posse videre diem, certosque viarum
esse duces, talem sortem miserata vicemque
- heu quanto stetit hoc tenerae pulchraeque
[puellae! -,

concilio se germani devovit in omnem
vitam; quod sponsum pro libertate sacroque
iure capessentem metuenda pericula belli,
iam non passa latere diu, nocturna cubiclo
in casto, ad iuvenem, dudum sua gaudia,
[scripsit.

Tristis ab Irene quae venit epistula, Caesar,
scripta est concubia nocte tremente manu.
Scribentisque genae lacrimis maduere pro-

[fusis
dum recreat Lauri languida membra sopor,
obliiti, innubis se iam non sidera noctis,
nec se iam solis cernere posse iubar,
feralemve domum pagi sacramque sepul-
[crum,
in quo contiguus dormit uteque parens;
nec, quae sit tota vita fletura, sororem,

nec... te, nec quidquam, quod mala tanta
[levet.

Sensit nil medicam se profecisse per artem,
et mussat frater, saepe animoque cadit. »

« O qui me tollat » repetit « reddatque nivosis
montibus incolumem, Sontius unde fluit;

unde sinum, Targeste, tuum prospectat et
[arcos

strenuus Italiae miles, et arma fremit! »
Saepius aegrescit solus, suspirat, et idem
me coram ridet, nec doluisse putet.

Me vocat Antigonem, Caesar, me poscit, in-
[haeret,

raroque Antigonem tristis abesse sinit.
Namque « per immensum spatium, caligine
[tectum

perpetua, nobis hinc erit » inquit « iter.
Lauro, cara soror, nunc praetentanda pericla
suspensis pedibus sunt baculoque, viae ».»

Illum festive credas haec velle iocari,
sed titubans quiddam flebile lingua sonat.

Atque ego discrucior, nec enim perferre la-

[borem
germanum spero me sine posse suum.

Diripior quotiens nostrum reminiscor amorem;
corda sed invitae iusque piumque movent.

Quare te, per siquid amas, per utrumque pa-

[rentem,
per dulces fratres, per patriamque rogo,
pro qua non dubitas ipsam contemnere mor-

[tem,
supplicibus verbis ut moveare meis.

Per noctem regere errantis vestigia fratris
stat mihi, nec cuiquam nubere velle viro.

Hoc me maternaequae iubent umbraeque pa-

[ternae;
ut sacra iussa sequi me patiare, precor.

Da veniam Lauro bonus Irenaeque sorori
quaes lacrimas, orans, combibit ipsa suas.

Vive diu felix, atque obliviscere nostri;
non datur in caelum scandere lata via. »

Scripsit et, in scripto pallenti fronte reposta,
virgo diu tacitis roravit fletibus ora;
optavitque mori; subiit sed frater amatus,
collegitque animos, socium complexa dolorem.

Post aliquot, non sera, dies, haec missa puellae
angores paucis delenit littera verbis.

« Vix cohibens lacrimas, casum miseratus amici,
et virtute tua victus, amata sibi
se magis, ac precibus quae ferrea corda mo-
[verent,

iura sinit Caesar te penes esse tui.

Hic pugnatur adhuc; sed, qui mea tela re-
[tundat,
me gravis imbellem nunc premit hostis,

[Amor.

Cur ego non petii pulcrum per vulnera
[mortem?

defleret carum cara puella virum...

Tune, mihi modo lux belli per acuta ruenti
de caelo fulgens, tu modo certa mihi
curarum requies, rebusque levamen in artis,
nunc tecum subito gaudia nostra rapis?

O utinam pila fregisset mihi aënea pectus!
defleret sponsum nostra puella suum...

Quo feror insanus? non sunt haec milite
[digna,
adfectum socium qui relevasse cupit.

Ignoscas, Irena, mihi tam stulta locuto:
nos facere atque pati fortia, virgo, iuvet.

Tu Lauro praesens, veluti demissus ab alto
angelus, adsistas, advigilesque pia.

Ne meminisse tamen pigeat te Caesaris olim,
qui mente Irenem nocte dieque videt. »

Maius adest, colles, silvae laetantur et agri.

Ruris ab atrio, molli subnixa sedili
marmoreaque adstans tabulae, volitare per
[undas

prospicit Irene cumbas, oculosque per omnes
fert clivos circum variosque in litore pagos,
dum frater propior salse nugatur, et « heus tu,
nonne putas » inquit « caput obnubente cu-

[culo,

helvo sandalio plantas cohibente, sodalem
me Francisci Umbri mundum bellumque fu-

[turum?

cessus etenim sacros mihi quaerere cer-

[tumst...

Tu vero, longe fortunatissima matrum,
Antigone, incedes turba comitata novella;

quod tibi, cara, precor, faustissima quaeque

[merenti. »

Et rident ambo; at risu se decipit alter,
altera germani cura torquetur ab aegri,
et maestum lenire flagrat solamine pectus.

Interea nitido glomerantur nubila caelo;
sparsas in viridi pascentis rupe capellas
rusticus auditur cantus pastoris, et aures
interdum feriunt quae stridula sibila tollit
acta vapore ratis, placidissima caerulea verrens;
tectaque odorati nemoris viridianibus umbris,
flebiliter molles fundit philomela querelas
et revolubilium torquet glomeramina vocum.

Perfusus sed nube caput, nihil ille moratur,
quidquid cantet homo, vel machina stridat
[aëna,
deliciae suae quandam, philomela queratur.
Nil animum tangit tristem, nisi carmina vatum
et, quis mens alitur, sapientum scripta virorum.

Quod sensit germana sagax et « visne le-
[gamus»
dixit « quid Thylo et Neliae, dum nave fe-
[runtur,
acciderit? » « Quidni? quanta pietate puella,
et quanta claret Thylus bonitate fideque!
ut ludos iuvenis, promptus linguaue ma-
[nuque»
frater ait « cunctis reddit! Sed iam lege, sodes. »

Concutitur tonitru caelum totumque remugit,
torrentisque modo stridens effunditur imber.

Incipit illa « sonans tempestas nocte sub atra
nubibus intorquet sese, atque immurmurat
[aether...
... Tum Nele « nox, Thyle, magis haec prorsus

[amica.
Totum caligat caelum redditque cavernas
Infernī; referunt rutilantia fulgura sannas
Luciferi, procul immugit fremebunda procella,
in medioque larus nimbo clangoribus auras
implet, et unda maris, serpens ut lubricus
[anguis,
elucet. Cessas? tibi nunc, mea sola voluptas,

Thyle, plegas libeat miras invisere mecum,
quas habitant portenta, tenent immania
[monstra...

... Ut resperserunt magico sua pulvere
[membra,

Nele oculos operit Thylo, Neliaque vicissim
Thylus...; et in sedes, en, devenere... ma-

[lorum...¹

¹ Cf. CARLO DE COSTER, *La leggenda e le eroiche, allegre e gloriose avventure d'Ulenspiegel e di Lamme Goedzak nel paese delle Fiandre e altrove*. Prima versione italiana di Umberto Fracchia, vol. II, pag. 273, 276.

Hunc tanti operis locum in meam rem convertens, non
nihil leviter immutavi, cuius licentiae, vel potius audaciae,
me excusat habeant qui legerint, velim.

DE IOANNE VINCENTIO GRAVINA

ALTERA CENTENARIA DIE RECURRENTE

AB EIUS OBITU

Ioannes, sive Ianus Vincentius Gravina
ita enim sese maluit appellare - in opido Roggiano haud procul ab urbe Consentina in Calabris natus est anno MDCLXIV, humili credendum est loco, siquidem Gregorium Caropresum, Italorum philosophorum illa aetate clarissimum, non praecettorem tantum, sed beneficentia plusquam parentem suum is publice edixerit.⁴ Literas Neapoli didicisse videtur; certe Romae deinde eum, Innocentio XII Pontifice, invenimus, ipsi ab eodem iuris docendi in Romano archigymnasio munere demandato. Quo quidem iam anno MDCCI certe fungebatur, quem in oratione quam habuit de recta in iure disputandi ratione quere-
retur quod ad « Doctores Pragmaticos » adulescentes maxime confluenter, ut trimestri vel quadrimestri opera delibata iurisprudentia, continuo sese caussis agen-
dis darent. Erant enim tum Romae, - ut Gravina in oratione de instauratione stu-

¹ In libro *De Legibus et Senatusconsultis*, capitulo XXXVII.

Audit haec Laurus, totoque expalluit ore...
Quod soror ut vidit, circumdans brachia collo,
« cur maeres? atras animi iam discute nubes;
tu mihi Thylus » ait, « tibi ego, dulcissime,

[Nele

posthac, frater, ero... Nuper valedixit amori,
Caesaris adsensu, nec felicissima matrum
Antigone incedet. Caelesti pulvere sparsi,
quem mitis, secum gaudens, mortalibus aegris
concinnat Pietas, manibus per mutua nexis,
ire per obscuri pergemus regna Doloris. »

Dixerat, haeseruntque artis amplexibus ambo.
Nubila rarescunt, paulatim desiit imber...,
ac rident undaeque lacus et villa sereno.

diorum ad Clementem PP. XI asserit,
- Ridolfinistae quidam, qui, dum Petri Ridolfi praxim iudicariam interpretarentur, trimestri studio absolutam iurisprudentiae cognitionem ore ferreo promitterent.

In hunc pessimum morem debuit no-
ster digladiari vehementer; qui in opere
principi, quod reliquit, de *Origine iuris
civilis* in tres libros dispergitum, quorum
primus est de ortu et progressu iuris ci-
vilis, alter de iure naturali gentium et
XII tabularum, tertius denique de legibus
et senatus consultis, novos eosque amplis-
simos orbes de hisce studiis quum definiis-
set, sese non minus magistrum praestan-
tissimum quam philosophum primigenium
in iure exhibuit. Si enim ei deinceps Ioan-
nes Baptista Vico praestitit, qui harum
rerum cognitiones atque artem in per-
fectam rationem redigit, procul dubio plu-
ribus ex partibus Gravina tamquam illius
antesignanus est habendus, primusque
qui acerrime eam sententiam vindicaret,
ad iuris fontes descendere oportere inde-
que haurire, quae dein per omnem studio-
rum ambitum essent profutura. Atqui
nemo iuris scaturigines quam is nitidius
descripsit, cuius oratio non tantum in an-
tiquis tersa et elegans est, sed etiam in
recentioribus. Quicumque enim legerit -

animadvertisit Gottfridus Mascovius, qui Gravinae scripta iuridica et opuscula suis adnotationibus aucta Venetiis edidit anno MDCCXXXIX – quae Gravina *Originum* lib. I de Accursio aut de Bartolo aut de Cuiacio literis tradidit, nec, in eximia verborum concinnitate, rerum capiatur selectu, sententiarum acumine et pondere: nae ille plumbeus sit aut stupidior lapide molari.

Librum singularem de Romano Imperio Senatui Populoque Romano inscripsit, in eoque pristinum Senatus assertum ivit splendorem. Contendit enim, potestatem Romanorum publicam semper in civilem et militarem distributam fuisse, quarum haec per Senatusconsultus in Imperatores transierit, quum illa in Senatu resideret, et imperio militari vehementer praeceleret; nec imperium Roma Costantinopolin translatum, quum potius haec nihil habuerit quam Imperatorum Praetorium et castra muris vallata, tentoriorum vice fungentibus aedificiis. Qua quidem in re si suorum inserviit auribus, dandum aliquid est homini Romano, de patria et animo Romano toties gloriante.¹

Sed si noster amplissimos in iure meruit honores, de Italis quoque patriis litteris bene quidem meruit. In libris quos *de arte poetica* scripsit, litterarum elegantiam rationis ad normam subiecit, liberumque sese ostendit a praeiudicata illa opinione, quae ab humanistarum, qui vocati sunt, schola manans, artem unice ad formam redigebat. Certe in tragoeidiis quinque, quas composuit, si fortasse actionem dempseris, qua Papiniani constantiam repraesentavit, mori quam Getae parricidium excusare malentis, haud vivis scatentem coloribus, res a iudicio apud eum longe abfuit; verum si ab aliquo vinculo, quod traditio arctius invaluerat, sese expedire interdum non valuit, belle tamen de arte sensit, certasque et proprias satisque novas, in philosophia positas, de ea normas signavit. Eius enim gloria est, civilem artis finem adseruisse, redditumque ad puros classicae poesis origines, ad naturae imitationem, ad summi

Alighieri studium, suo tempore neglectum, viriliter affirmasse.

Huc profecto spectavit quum Arcadum nascenti coetui nomen suum dedit, dedit et navissimam operam, per quam etiam quorundam odium et iram in se provocavit, quae firmissime detrusit. Sed magis quam in huiusmodi contentionibus bonarum artium amor, quo Gravina flagravit, admirandus est in Petri Trapassi institutione. Cui adulescenti ex tunicato popello quum quadam die in Urbis via prope Tiberim occurrisset, quumque eum audiisset carmina ex tempore non sine lepore profarentem, suum voluit, domum adduxit, aluit, litteris eruditiv, bonorumque suorum quae extra agrum Cosentinum essent, (haec enim matri Annae Lombardae reliquit) heredem instituit. Fuit hic Metastasius ille – taleque nomen Gravina ei dederat Italicum graecizando –, qui musici dramatis magister nondum superatus evasit.

Qui vir autem tanta doctrina enuit, ut sapientissimus aetatis suaे haud immittero iudicaretur, quique tam animose de iuris et verae doctrinae cultu instaurando pugnavit, et latine opera sua, quae extra Italicas essent litteras, descripsit, numne et latinitatis tuendae provehendaeque provinciam suscepit? Opus ne ullum pro ea, tum etiam mala sidera paciente, effecit? Peregit quidem; quemadmodum alias et suis ipsius verbis peculiariter referre nobis proposuimus. Eius enim effata ad nostra lugenda mala his diebus scripta videntur; eruntque iis, quae de senescenibus hodie latinis litteris pluries in nostro commentario conquesti sumus, recensque graviter collega noster Alexander Aurelius doluit, optima appendix et quasi corollarium.

ROMANUS.

 Proximus ALMAE ROMAE fasciculus Kalendas Septembr. prodibit; qui singulis mensibus ad Decembrem sequentur, paginis 20, ad compensandum, omnes constabunt (A. R.).

¹ MASCIVIUS, loc. cit.

DE ROMANA DOMO PRISCA ET RECENTIORI

I.

Quum de Romanis sermo est, exemplo populum illum nos intelligimus, rerum universarum dominum, qui Urbem colebat orbis terrarum principem. Nec sane citra prudentiam. Sed, e contra, quam exigua eius initia! Itaque placet in praesens nonnulla accipere de antiquis atavorum nostrum aedibus, quas ab Urbe condita adhibuerunt. Timeo tamen, ne quis mihi talia fatenti in damnum vertat illud Horatii:

Quid dignum tanto feret hic promissor hiatu?

Peto veniam, candide lector, paucisque me exsvlam, et tamquam potius Cursor haec omnia libando et pervulgata profaram. Haud architecti personam sumam, sed magistri ad pueros. Iuvat tamen et haec meminisse.

Inter omnes constat, et plurimum doctioribus placet, Romam ab incolis antiquitus Albae longae primum conditam fuisse ad flumen Tiberim, qui lignea sibi *tuguria* ibi construxerunt, seu *palearia*. Quae studio dico, quoniam *Mons Palatinus* hinc nomen superbum deprompsit. Humilis equidem fuit haec omnis habitatio, quae, volventibus annis, eius Urbis partem indixit, ubi tunicatus popellus et saepe reipublicae molestus habitare consueverat. Mons vero Aventinus e contrario civibus illis habitationem praebuit, qui virtute atque ingenio primas in republica referebant.

Haec passim tuguria, plerumque in rotundam formam confecta, cum tecto leviter pendente ob pluviam, asseribus aedificata diu multumque durarunt.

Adest adhuc in media Urbe, tot saeculorum testis, harum aedium primaevae aetatis specimen, vulgari nomine quod appellant Vestae templum. Namque Vesta

in primis a Romanis coli coepta est, et Romanae domus, ut ei essent in tutela, ad eius templi figuram semper aedificabant. Quin imo, nemo est qui nesciat, quam apud omnes esset ignis in rebus familiaribus necessarius. Ac propterea Romani pae ceteris Vestam adorabant, eique sacrum Virginum Collegium praeficiebant, cui potissimum munus demandatum erat ignis in perpetuum servandi.

Insequentibus annis, quum modestiores Romanorum casae in meliorem formam rediguntur, Vestae templum, religionis omnibus est, ut eadem semper maneant: id rudera testificantur, quae horum templorum adhuc supersunt; id nomen illi aedificio a vulgo tributum. Nec mirum; quod Romani, qui super omnes gentes imperium virtute protulerunt, serius omnino, commodis suis inservientes, aptiores sibi mansiones confecerunt. Sicque, apud posteros, imagines veteris tugurii extiterunt.

Sed ipsae antiquissimae urnae sepulcrales, perfectam huiusmodi tugurii formam saepe retinent. Veteres enim illi patres, rudes imprimis atque omnis pulcri sensus adhuc expertes, nihil potius in aedicandis sepulcris, casis scilicet ut mortua corpora sive cineres quiescerent, habebant, quam casas quae vivos eos reciperent.

Progradientibus annis, de lapidibus durioribus tuguria aedificarunt, ita tamen ut operibus tectoriis firmius arte solidarentur. Quod quidem coniectura facile nobis licet perseQUI e ruderibus nuper effossis prope Romuli templum in Via Sacra, et apud Constantini Basilicam.

Namque primum casarum parietes modo erant lapidibus levibus confectae ac fumicosis, quibus omnino tectum omni suo pondere innitebatur. Hae domus uno tantum conclavi constabant cum puteo, ad quem aquae a Palatino confluabant.

Verum patres illi antiqui, qui sobrios utique erant atque bene parvo vivebant,

quomodo tamen sibi vel *pultem* parabant? Ad pultem enim natura trahebantur, et Plautus eos severiori vocabulo *pultriphagos* appellat. En quomodo illi sibi coenam prandiumque coquebant, et qua parsimonia. In mediis tuguriis, quae undique erant clausa, unum erat foramen... Hinc fumus libere exibat. Ac propterea familia et focus unum atque idem sonant. Hinc quoque factum est ut, ad maiorem lucem obtinendam, foramen illud tecti amplius extenderetur, et propter nimiam pluviae copiam, quae inde caderet (*compluvium*, mox *impluvium*), accessiones novae, aliis diaetics in novum ordinem dispositis semper sererentur. Quo facto, en nomen *atrii*, quod sero inditum est primae aedium parti, quasi fumi causa atro colore tinctae et in se officium et rem ostendebat. Ibi mater maxima cura filios educabat atque ad virtutem fovebat, ibi ancillis opus attribuere prudenter adsueverat, ibi et ipsae matronae, pectere lanam et carminare, vel e colo trahere fila. Ibi quoque, labentibus annis, avorum imagines cera, mira arte confectae, pendebant. Hinc honoris virtutisque incitamentum, et magnum postea patriciorum domibus decus atque ornamentum. Et Iuvenalis cives aetatis suaem monitos voluit:

*Tota licet veteres exornent undique cerae
Atria.....*

dederunt esse atque excidium, nisi egregii facinoribus quisque percrebresceret.

SENIOR.

VETERA ET NOVA Odometron - Taxametron

Placet hodie mihi, lectores humanissimi, machinulam vobis describere rhedis iam in universum aptatam, quae, spatium itineris dimetita, vecturae pretium, contra

cistiorum immodica plerumque postulata a legibus constitutum, definiat; idque faciam non verbis quidem meis, sed architecti clarissimi, cui nomen est, immo fuit... M. Vitruvius Pollio. An miramini? Num igitur oblivione contrivistis trita illa, nihil esse sub sole novi, multaque renasci, quae iam ceciderint? Quinimo rationem maiores nostri, qua rheda vel navi vecti peractum iter dimetirentur, iam longe Vitruvii aetate prius adhibitam comperietis.

Scribit enim noster:¹ « Transferatur nunc cogitatus scripturae ad rationem non inutilem, sed *summa solertia a maioribus traditam*: qua in via rheda sedentes, vel mari navigantes, scire possumus quot milia numero itineris fecerimus. Hoc autem erit sic. Rotae, quae erunt in rheda, sint latae per mediam diametron pedum quaternum et sextantis: ut quum finitum locum habeat in se rota, ab eoque incipiat progrediens in solo viae facere versationem, perveniendo ad eam finitionem, a qua coepit versari, certum modum spatii habeat peractum pedum XII. His ita praeparatis, tunc in rotae modiolo ad partem interiorem, tympanum stabiliter includatur, habens extra frontem suae rotundationis extantem denticulum unum. Insuper autem ad capsu² rhedae loculamentum³ firmiter figatur, habens tympanum versatile in cultro collocatum⁴ et in axiculo conclusum. In cuius tympani frontem, denticuli perficiantur aequaliter divisi, numero quadringtoni, convenientes denticulo tympani inferioris. Praeterea superiori tympano ad latus figatur alter denticulus prominens

¹ *De architectura*, lib. X, cap. XIV.

² Scil. rhedae pars, ubi qui vectantur sedent. - ISidorus (*Etymol.*, XX, 21) scribit capsu esse « *carrucam* undique contextam, quasi capsam ».

³ Loculamentum tympani conceptaculum est, quod et thecam appellari inferius indicat.

⁴ *In cultro collocari* dicitur quando res est in latus sive ad perpendicularum, ut loquitur, et non planum; hoc est, quando eius axis in porrectum situs est, non perpendiculariter.

extra dentes. Super autem tertium tympanum planum, eadem ratione dentatum inclusum in alterum loculamentum colloetur, convenientibus dentibus denticulo, qui in secundi tympani latere fuerit fixus: in eoque tympano foramina fiant, quantum diurni itineris miliariorum numero cum rheda possit exiri; minus plusve rem nihil impedit: et in his foraminibus omnibus calculi rotundi collocentur, inque eius tympani theca (sive id loculamentum est) fiat foramen, unum habens canaliculum, qua calculi qui in eo tympano impositi fuerint, quum ad eum locum venerint, in rhedae capsu et vas aeneum, quod erit suppositum, singuli cadere possint. Ita quum rota progreendiens secum agat tympanum imum, et denticulum eius singulis versationibus tympani superioris denticulos impulsu cogat praeterire, efficiet, ut quum quartercenties imum versatum fuerit, superius tympanum semel circumagatur, et denticulus, qui est ad latus eius fixus, unum denticulum plani producat. Quum ergo quadringtonenis versationibus imi tympani, semel superius versabitur, progressus efficiet spatia pedum millia quinque, id est passus mille. Ex eo quod calculi ceciderint sonando singula millia exisse monetbunt. Numerus vero calculorum ex imo collectus, summa diurni miliariorum itineris numerum indicabit.

Navigationibus vero, similiter paucis rebus commutatis, eadem ratione efficiuntur. Namque traiicitur per latera parietum axis, habens extra navem prominentia capita, in quae includuntur rotae diametro pedum quaternum et sextantis, habentes circa frontes affixas pinnas aquam tangentes. Item medius axis in media navi habet tympanum, cum uno denticulo extanti extra suam rotunditatem. Ad eum locum collocatur loculamentum, habens inclusum in se tympanum, peraequatis dentibus quadringtonis convenientibus denticulo tympani, quod est in axe inclusum:

praeterea ad latus affixum extantem extra rotunditatem alterum dentem. Unum insuper in altero loculamento cum eo confixo, inclusum tympanum planum ad eumdem modum dentatum, quibus dentibus denticulus, qui est ad latus fixus tympano, quod est in cultro collocatum, in eos dentes qui sunt plani tympani, singulis versationibus singulos dentes impellendo in orbem, planum tympanum verget. In plano autem tympano foramina fiant, in quibus foraminibus collocabuntur calculi rotundi. In theca eius tympani (sive loculamentum est) unum excavetur, habens canaliculum, qua calculus liberatus ab obstantia, quum ceciderit in vas aeneum sonitum significet. Ita navis quum habuerit impetum, aut remorum, aut ventorum flatu, pinnae, quae erunt in rotis, tangentes aquam adversam, vehementi retrorsus impulsu coactae, versabunt rotas. Eae autem involvendo se agent axem, axis vero tympanum; cuius dens circumactus, singulis versationibus singulos secundi tympani dentes impellendo, modicas efficit circuitiones. Ita quum quatercenties ab pinnis rotae fuerint versatae, semel tympanum planum circumagent impulsu dentis, qui ad latus est fixus tympani in cultro. Igitur circuitio tympani plani, quotiescumque ad foramen perducet calculos, emitteat per canaliculum. Ita et sonitu et numero indicabit millaria spatia navigationis. Quae, pacatis et sine metu temporibus, ad utilitatem et delectationem paranda, quemadmodum debeat fieri, peregisse videor ».

Hactenus Vitruvius. Atqui, si, servatis proportionibus, denticulorum numerum tympani alterius convenienter imminueris, demptoque tympano piano cum suis foraminibus calculisque rotundis, tertium tympanum substitueris ad rhedarii latus collocatum cum rotae modiolo per corrigiam convenientis, connexuque horologico munatum, ita sane ut tintinnabulo ad certum tempus clangenti tesserulae fuerint subpo-

sitae, quae iuxta certam perfecti itineris legem introrsus erumpentes, in proprio disco apparent atque vecturae pretium ordinate indicent, en vetustissimum odometron in *hodiernissimum* taxametrum exactum.

Taxametrum igitur vocabulum in latinitatem inducamus? Evidem non dubito. Si enim machinatio a Vitruvio descripta eandem finem fortasse habebat non solum dimetiendi iter, sed et congruum pretium mulioni solvendi, vox, hodie vulgo apud omnes populos accepta, rem proprius designat. Graeco praeterea fonte manat parce, imo parcissime, detorta; atque etiam latina est. *Taxa* enim pro *taxatione* ad indicandum pretium alicui rei constitutum, sin minus apud auctores probatos, certe in *Digesto* invenimus.

FORFEX.

Inventa recentiora latine descripta

Clarissimo *Almae Romae* commentarii Moderatori, CAROLUS RONCHETTI s. p. d.

Quum in *Almae Romae* fasciculo mense Martio huius anni edito scriptum legerem de inventis recentioribus latine descriptis, memini olim exscripsisse me a vetere quodam Taurinensi diario parva carmina quatuor, quae sequuntur, per illustris viri Amadii Ronchini ad Stephanum Grossum; eaque ad te mittere constitui, sperans fore ut ea cognoscere neque ingratum neque iniundum etiam lectoribus tuis fiat. Cupio quidem certe summos duos latinitatis perittimos revocare, nobis prope aequales, quorum memoria, heu! quam cito, in oblivionem venit!

Carmina igitur accipiatis:

I.

Viam muniri, Grossi, noris duplarem, Diu expeditam nobis: dicit altera Subalpinis e finibus Placentiam, Et altera ad Parmenses inde pertinet.

Utramque mox consternet axis ferreus, Cui plausta innixa, iunctim plura, commeent, Agente vi vaporea, celerrime.

Opus nunc urgent mille magnum brachia: Iter, si tellus hic residit, aggere Aequatur; illuc, si torrens intercipit, Miranda surgit pontis moles pensilis. Mihi vehicla desuper fumanitia Ultro citroque iam videntur currere. Viae haec patescant usui quum publico, (Ne, quaequo, cesses) tecta nostra protinus, Amice dulcis, advolato; denique Tunc primum te licebit amplexarier, Tunc alloqui te coram, multa et suavia Ori dilecto, nec dum viso, impingere.

(Parmae, Nonis Novembr. an. MDCCCLVIII).

II.

Quando tumultu nunc veteris bellico Nos ex condicto convenire, imaginem Nostri vicem quae praestet, vis simillimam. Ad hoc rogas novissima utar machina, Inter miracula quam censemus saeculi. Idoneum nam vitrum intus disponitur, Cui singulorum, quae observentur, corporum Formae, imprimente solis luce, inhaereant; Quae mox formae vitro ex archetypo chartulis Ipsam per lucem consignantur pluribus. Imaginem sic exprimi cupis meam, Et ipse dulci amico nonne adsentiar? Habebis, Grossi, lege sed certa tamen: Tuis ut quoties oculis illa occurrit, Toties tuo Ronchinio pree fervidis Concilia votis gratiam Caelestium.

(Parmae, XVI. Kal. Maias an. MDCCCLVIII).

III.

Bonis nequicquam bellum deprecantibus Mavors per urbes debacchatur Italas Et cuncta miscet et complura destruit. Secus vias duce axe stratas ferreo Ferrea pendebant longo stamina ordine Sudibus suffulta, queis innixa electrica Decurrens instar fulguris scintillula Amicis prompsit verba nostra absentibus. Sed mihi quid tantum saecli inventum proderit? Iacent ab hoste infracta passim stamina, Silentque armis oppressae artes strepentibus. Mea numquid, quaequo, credam sensa epistolis,

Calles cum miles omnes infestet minax? Quid faciam? Credam: sique forte advenerit Manus tuas, o Grossi, nostra haec chartula, Scias valere me, sollicitum sed tui; Nam quo loci nunc degas, me prorsus latet, Tibi et num recte sit. — Benigni, o Caelites, Hominem servate dura inter discrimina; Date illi tuta, quae peroptat, otia; Date orbi pacem, qua dilectis denuo Metu soluti ambo vacemus litteris.

(Parmae, XIII. Kal. Iunias an. MDCCCLVIII).

IV.

Quae dat munera Grossus? Ille nobis Mentem carminibus beare suetus Doctis scilicet, oppido et venustis, Quae graecam sapient suavitatem, Non mentem amplius, at studet palatum Per bellaria nunc beare. Namque Pastillos hodie mihi recocitos, Quos Novaria conficit celebres, Mittit ut comedam. Mi amice, grates Ex corde innumeritas tibi rependo Hoc pro munere tanto Apiciano: Sed mittas etiam velim deinceps Docta carmina et oppido venusta, Quae graecam sapient suavitatem. Sic dulcedine dupli beabor.

(Parmae, postrid. Kal. Nov. an. MDCCCLVIII).

Num maiore suavitate scribi poterat de ferrivia, photographia, telegrapho, deque pastillis illis Novariensis, palato tam sapidis?... Vale.

Quo morbo oculi sensum amisit Franciscus ab Assisio

Hoc sub titulo, clarissimus doctor ocularis Orestes Parisotti nuperrime opusculum edidit XXVI paginarum,¹ in quo inquirit, qua causa beatus Franciscus sub finem vitae caecus evaserit; et perpensis

¹ Romae - Ex typ. Pontificia in Instituto Pii IX, 1918.

mali illius symptomatibus, qualia ab historicis describuntur, definit tandem, quodnam morbi genus id fuisse videatur, et quo technico nomine hac nostra aetate designaretur.

Elucubratio haec, quum de viro sanctissimo agat per totum orbem celebrato, et exarata sit a medico ophthalmico Romano, insigni fama longe lateque cognito, eius profecto est indolis, ut doctorum simul et piorum animos ad lectionem alliciat. Id vero lectores « Almae Urbis » vel iucundius afficiet, quod opella haec latino sit conscripta sermone, eoque satis terso ac facilis; etsi, pro argumenti natura, adhiberi debuerint non pauca vocabula artis ophthalmicae propria et a graeco fonte derivata. Qua ex re iterum patet, quod in hoc nostro Commentario saepe iam demonstravimus, nullam esse materiam, sive ad litterariam artem, sive ad alias quasvis pertinentem, quae latine non possit apte, dilucide atque etiam eleganter enuntiari.

FRANC. X. REUSS.

PRO IUNIORIBUS

De urbanis moribus.¹

Oportet ut assuescas sermoni urbano et temperato. Non intelligenti dices potius: « Non satis me explicavi », quam: « Tu me non intelligis »; et: « Videamus num res ita sese habeat, uti dicimus », potius quam: « Tu in errore versaris », vel: « Haud verum est »; vel: « Tu id plane ignoras ». Laudabiliter enim facies, si quem inculpare statueris, eius studebis mitigare culpam. Imo amici culpa communis est facienda, nec prius eam vituperabis vel corripies, quam eiusdem in te partem derivaveris: « Nos aberravimus », et: « Heri id

¹ Cfr. fasc. V.

facere oblii sumus»; licet ille solus in culpa sit, tu vero minime.

Alterius fidem in dubium non est vocanda. Imo, si quis tibi fidem datam fefellerit, haud ideo est a te exprobandum: « Tu fidem mihi datam fefelleristi ». Ni ad tuum tutandum honorem id ei dicere cogaris. Quod si te deceperit, dices: « Non meministi ita esse faciendum ». Si vero non meminerit: « Haud potuisti » dices, vel: « In mentem non venit », potius quam: « Haud meministi », vel: « Promissis stare neglexisti ». Asperiora haec verba et rudiora; ideo qui illis uti saepius consueverunt, morosi et rustici homines habentur, quorum consuetudini, tamquam tribulis et urticis, omnes se libenter subtrahunt.

Ne unquam loquaris prius quam in mente agitaveris quid sibi sit dicendum.

Neque rauca, neque aspera vox esto. Balbus vel rausus loquacitatem maxime vitabit, imo naturae vitium studio castigare poterit.

Improbandi et qui vocem instar paeconis extollunt, et qui tam remisse loquuntur, ut nihil auditores percipient. Quod si primo statim auditus non fueris, neque demissiore voce secundo loqueris, neque inclamabis, ne patefacias molestam tibi fuisse repetitionem.

Verba ordine componantur, qui communem dicendi usum decet; non vero invertantur aut confundantur.

Hoc etiam oportet, ut homo oratorium fastum vitet, ne taedium molestiamque afferat.

Castissima et convenientissima verba eligenda atque molliori iunctura.

Ne loquaris latus, quasi aeger animo; nec paeceps, quasi fame laborans, sed prout temperatum hominem decet. Verba autem proferas apta suavitate, non magistri instar syllabam pueros docentis; neque dentibus quodammodo concisas proferas, vel omnino arctatas et coagulatas.

Haec si memineris, et maximo cum gaudio audieris, et nobilis ingenuique viri dignitatem tueberis.

(Ad proximum numerum).

I. S. P.

ANNALES

Europaeum bellum.

Quod iustum praelium pugnandum credebat ad Matronam flumen, id frustra est a Gallis exspectatum. Teutones enim quum illic constitissent, novum ictum ad meridiem Aisne fluminis attulerunt, indeque ad occidentem versi, frontem inter Noiovum et Castrum Thierry ulterius constituere, dum hostes – quibuscum Septentrionalis Americae milites primum coniuncti sunt – ad occidentem Augustae Suessonum notabilem territorii partem recuperant.

Paucis post diebus, en aliis impetus inter Noiovum et Montdidier factus; qui tamen Gallorum alas frangere nequivit, sed centrum huc illic perrumpere unice valuit. Quare quum Gallis haud satis tuta castra circa Carlepont colles redditia fuisse, acies prudenti consilio strenuaque actione retro ductae fuerunt.

Sequuti deinde usque nunc dies sunt non singularibus facinoribus insignes, si novum excepérunt in Remos vulnus pertinentatum, praesenti vero Italorum opera, qui illic castrametantur, facile elusum.

Ast longe graviora in Italia sunt peracta. Etenim, post inutilem Tonalis montis aggressionem, die decimaquinta mensis iunii Austriaci belli campum omnem, a montibus ad mare usque, acerrime ex improviso oppugnarunt. Consilium profecto erat, ut hinc per Plavim flumen Tarvisium subsequentemque planitiem, inde altissima Alpium iuga occuparent. Quo Plavim transirent, pontes quattuor supra decem exstruxerunt; hisce ab Italicis tormentis bellicis statim dirutis, gressum per tabulas flumini injectas conati sunt, nec sine exitu ad pedes Montelli collis, quem, circuitum antea, superare coeperunt. Pugnatum iis in locis sine intermissione est per dies sex, Italorumque invictus renixus

hostes, tandem miserrime laborantes, ad receptum coëgit, imo ad cladem. Fusos enim fugatosque longe lateque Itali perse- quieti sunt, omnibusque locis sibi evulsis receptis, fines prouti ante postremam hanc offensionem erant, quinimo et in Asiagi et Grappae montis marisque regionibus tuto- res facti, restituerunt. Hominum circiter ducenta millia, sive mortuos sive invalidos ad bellum factos, Austriaci in expeditione hac perdidérunt.

Sed non terrestri solum, at navali quoque praelio Austriaci obruti sunt. Scilicet Rizzo ille navarcha, qui loricatam navem, cui Vindobonae nomen, in Tergestino sinu aliquot ante menses demerserat, parvis scaphis loricatas quoque binas alias naves siluro percussit pessumque dedit.

Ecastor, Italica virtus haud equidem perieit!

* *

Russicae res.

Lacrimabilis in Russia rerum status ad reationem tandem verti videtur, e Siberia proficiscentem, ubi Semenoff dux contra bolscevikos animose in dimicationem venit, Germanorum Austriacorumque quandam in captivitatem adductorum aciebus robo- ratos. Copiae e Csecis praesertim Slova- kisque gentibus prope Omsk urbem con- venerunt, ad maximalistarum factionem opprimendam fidenter paratae. Profecto obsidionis status Moscoviae aliisque pas- sim in locis a gubernio constitutus; opera- torum in armis desertiones ab operibus, ac praesertim ex metallorum officinis; agricolarum mora gubernii iussis; deque civili administratione dissidia, haud sper- nenda signa sunt evertendarum in melius rerum. Nuncium ipsum, deinde mendacii insimulatum, de Nicolao quandam Caesare eiusque filio interemptis, ne in libertatem vindicarentur, satis docet dictatoriam pote- statem iamiam labare. Quinimo dictitant,

Michaëlem, magnum ducem, ad populi imperium iterum fuisse advocatum, et publicum coetum legibus ferendis, quem Dumam vocant, ad officium suum reddi- tum. Kerenskius interim, reipublicae iam praeses, a singulis nationibus, quae soci- tatis bellicum foedus cum Russia iniver- tant, auxilium praesens sollicitat.

Quo fata trahant brevi fortasse experi- riemur.

Kalendas Iulii MCMXVIII.

POPLOCOLA.

ROMA SACRA

Benedicti PP. XV. litterae ad Episcopos Insubris regionis de calumniarum odiique insectatione, qua Summus Pontifex eiusque opera in diuturna hac rerum publicarum subversione lacecessit.

Maximas inter horum temporum amari- tudines haud exiguum solatium litterae Nobis attulerunt, quas die xxv Aprilis nuper elapsi ad Nos communiter dedistis. Etenim una congregati quotquot Insubris provinciae Ec- clesiis estis praepositi, illud facile sensistis a conventu fratrum non posse Patrem abesse; quam ob rem praesentiam nostram ardentis animo in medium vestrum revocasti, nobilissimis verbis vestram Nobiscum coniunctionem et necessitudinem confirmantes, eo arctiore « quo magis in diuturna rerum pu- blicarum subversione christiani nominis hos- tes illius supremam auctoritatem a Christo Iesu conereditam adversantur, quem posuit Deus Magistrum et Adsertorem iustitiae ».

Enim vero praeter infandos huius belli horrores, cuius quidem in universa hominum historia nullum par exemplum, quodque misera- ram Europam ad extremum exitium pellere videtur, vehementissime angimur propter va- ferrimam calumniarum odiique insectationem,

qua, intra Italiae potissimum fines, et Nostra Persona et opera Nostra lacesuntur.

In humanum genus, suo ipsis sanguine madidum, Nobis illa licet sincero animo sacrorum librorum usurpare verba: « Quid est quod debui ultra facere vineae meae et non feci ei? » (Isaias, V, 4). Bello exorto, quod vitatum pro communi bono maluissemus, Nos nihil prorsus quoad potuimus praetermissimus, nihil intentatum reliquimus quod ad tristissimos belli effectus leniendos mitigandosque valeret; saepius ac praesertim in Allocutione Consistoriali, quam primam habuimus ineunte anno 1915 atque expressius etiam in altera diei 4 Decembris anni proxime insequentis quaslibet iuris violationes, ubicunque demum factae sint, magnopere reprobavimus, prout nunc etiam iterum reprobamus; demum exhortationibus, supplicationibus, piacularibus, propositionibus iustae ac maturae pacis finem immanis huius cladis properare studuimus. Nihilominus Vos bene nostis, dilecti Fili Noster et Venerabiles Fratres, ineptas absurdasque columnias, quae varia multiplicitique ratione, palam, occulte, verbis, scripto longe lateque diffunduntur. Per agros et per vicos, ubi acrior ideoque humanitate ac reverentia dignior tristitia reperitur, bellum Nos voluisse dictitant: in urbibus autem pacem Nos concupiscere, sed iniquam et uni tantum bellantium parti accommodatam. Verba Nostra detorquentur, de cogitationibus ac propositis nostris suspicio iniicitur; ipsum silentium Nostrum de singulis facinoribus in malam partem accipitur, velut si in tanta ambiguitate rerum ac passionum aestu plane liceat singula singulis damnationibus persecui quae, emissae per commune principium damnatione, iam pridem fuerint omnia aequiore iudicio reprobata.

Neque vero in Nos solum in operamque nostram huiusmodi odii explicatio ac diffusio circumscrribitur; namque et sacerdotum optime meritorum et illustrum Episcoporum erga patriam fidelitas summa cum iniuria in dubium vocatur; quin adeo iniquissimis vexationis

et delationis artibus eos circumvenire, infamare, in ius repere contenditur. Ex quo fit ut, dum Italia, in praesens, pace et concordia inter universos cives suos quam maxime indiget, christiani nominis hostes, ipsa hac tempestate abutentes, contra hanc veritatis iustitiaeque Cathedram, contra clericos, contra catholicos imperitiae simplicisque multitudinis animos concitare conentur, discordiarum semina inter varios civium ordines serentes.

Tanta vero perversitas si Nos maxima aegritudine afficit, neque inopinata Nobis accidit, neque animum nostrum deprimere aut infringere potest; sed, quum arcano divinae Providentiae consilio ad Ecclesiam regendam vocati simus, gravissimi nostri munera est eiusdem Ecclesiae sanctitatem et honorem defendere.

Quam ob rem contra hanc talem obtrectationum odioque disseminationm Nos iterum Ministerii nostri vocem vobiscum, dilekte Fili Noster ac Venerabiles Fratres, attollimus, eamque conscientiae non solum fidelium, sed etiam, quotquot sunt honestorum hominum denuntiamus. Vestrum est non secus ac ceterorum Episcoporum et cleri universi, in primisque sacerdotum animarum curam habentium, christianum populum ab inimico homine tueri, rerumque veritatem fideles edocere, ut a sinu benignae Matris Ecclesiae nunquam abscedant, sed eidem et supremo eius Pastori usque adhaereant, qui ab ipso Deo constitutus est custos veritatis, iustitiae et caritatis minister, anchora spei, pacis tranquillitatisque portus. Laboribus autem vestris ut caelestia adsint auxilia enixe deprecamur; quorum auspex itemque benevolentiae nostrae testimonium Apostolica sit Benedictio, quam Vobis et uniuscuiusque vestrum gregi amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xxii mensis Maii MCMXVIII, Pontificatus Nostri anno quarto.

BENEDICTVS PP. XV.

VACUI TEMPORIS HORA

Ad ceteras miserias, quibus misera haec aetas nostra affligitur, addenda igitur nunc sunt etiam **pappatacia**; iamque nemo est qui ignoret hoc nomine designari parvorum culicum id genus, quod vix cutem nostram pupugerit, tale virus in sanguinem infundit, ut vehementissima febri corpus per dies aliquot afficiatur. Novae huiusmodi deliciae, nescio quibus e terris profectae, Europam omnem, iam aliis tot voluptatibus abunde fruentem, hyperboreas usque regiones pervaserunt: Dii nobis fortunent, ne in peius ruamus, neve praeter initiale timorem, viresque satis fessas atque debilitatas, ullam sui reliquiam pappataciorum basia - euphemistice loqui iuvat - nobis legent.

Attamen mens a cogitatione refugere nequit - nonne idem vobis, lectores mei? - undenam carissimae hae bestiolae singulare suum nomen deduxerint. Haud certe ab Italica nostra lingua, in qua **pappataci** vox exstat eisdem, at hominem designat probra patientem, sed tacenter simul dum pappet, idest laute comedat, aut inde utilitatem aliquam sibi capiat; qui sensus nec in culicem neque in nos apprime hic verti potest. Graecum igitur aut latinum fontem adeamus. Haud certe **πάππος** (lat. **pappus**) « senex avus » neque **πάππας** (lat. **pappas**) « nutritius » nobis succurrere queunt, neque satis **papula** ipsa, quo verbo pustulam in cute maiores nostri significabant, per quam cutis et exasperatur, et rubet, et roditur, et etiam exulceratur. Quomodo enim cum **tacium** illud composuerimus? Namque **tacium**, sive **tac** (unde **taceo**, **tacitus**) sive etiam **tag** (**tago** = tango, circumvenio et fraudo) radicem repetere potest; quae ex latino magis, quam e dorico graeco **τάκω** pro **τάκω** = liquefacio, mollio, aut **τάσσω** (them. **ταγ**) = constituo, ordino, mihi meliorem operam dare videtur. Itaque dicam culicem pestiferum **pappatum** recte nuncupatum fuisse quod pappet tacitus, vel sanguinem pappet tangens cutem nostram, circumveniens nos et fraudans in nostrum exitium.

Quidquid fuerit, quidquid de re alii cogitent, non dubito quin in augurium hospiti molestissimo ex animo mihi omnes assentiantur: Abeat in Acheruntem!

* *

Ab Acherunte procul dubio manantia edixit, et in ipsum iterum haud immerito abiicienda Areostus poëta voluisset tormenta bellica ex nitrato pulvere. Contra eius voluntatem, in terris remanserunt, et heu quam in dies perfecta ac perficienda ad humani generis ruinam! Qui quidem progressus in mentem non solum nonnunquam mihi redierunt immanis et atrocissimi belli, quo angimur, eventus perlegens, sed etiam notitiam inveniens alterius centenarii recursus, quem recordari hodie eo magis mihi placuit, quod a nullo homine, quod sciam, fuerit revocatus. Scilicet Puckle, vir americanus, a. MDCCXVIII ius proprietatis sumebat de **catapulta** a se fabricata, quae in tripode posita et per cylindrum, cellas sex continentem circa centrale axem manubrii auxilio actum, quo liberet versa, sex igniferorum globorum iactum praeberet. Profecto, hic **miliarius lapis** fuit, unde abierunt hodiernae ballistae et illius generis mortifera instrumenta, quae vulgo **mìtragliere**, **rewolvers**, **cannoni-revolvers** appellamus. Ah! si ad huiusmodi reperienda humana mens nunquam sese convertisset!... Quanto utilius, saeculo ad amussim ante, a Galilaeo nostro **telescopium binis oculis aptandum** est inventum!

Aenigmata

(a socio A. MORCHIO proposita).

I

*Anteiens dones pars imperat; altera, lector,
Dat tibi ut insistas: utraque iuncta cibi.*

II

Pars flava est bilis; quae pone est nominis

*[instar:
Quadrupedans quam alimus bestia summa
domi.*

*(Aenigmata in superiore fasciculo proposita his respondent: 1] Cursus. Ursus;
2] Fla-bellum).*

losfór.

AD "CARCEREM,,

ACTIO DRAMATICA I. B. FRANCESIA IN DUAS PARTES DISTRIBUTA.

Ille cui forte custodire contigit
Leones, saepius compescit virgula....
Hos nunquam ferula severa dominor.
Gravi sunt usque, mendaces et callidi,
Toti quanti dolus sunt et astutia.

IOANNES. Heu! quam miselli! Sed Deus sic
[me adiuvet!

Eos ad rectum reducturus tramitem
Tamen confido, quidquid sit con-
[trarium.

Quot sunt?

RECT. Quingenti!

IOANNES. Aetate?

RECT. Diversissima,
Ab annis duodecim vel ultra octode-
[cim;

Et omnes omnium non expertes artium.

IOANNES. Erunt praesentes omnes in eccl-
[sia?

RECT. Non omnes; aliquot in poenae cellu-
[lis

Sunt clausi, in saeptis tenentur et vin-
[culis...

Ipsi inter omnes iudicantur pessimi.

IOANNES. Et ipsos, quaeso, sine venire liberos.

RECT. Horum tu nullos pessimos inveneris....
Dolosi, effreni, turpes et vaniloqui,
Omnes in terris delinquentes superant;
Criminum verae flagitiorum segetes.
Aquas ut commovent et sylvas flamina,
Et ipsi ingenio mali volubiles,
Tuum, pater, pravi laborem pessum-
[dabunt.

IOANNES. Potest sed usque tollere et de lapi-
[dibus

Suos Deus filios, vellet si dummodo!

RECT. Tua interest, Pater!

IOANNES. Manus adgrediar,
Modo si cunctos liberos efficias.

RECT. Sed...

IOANNES. Quid « sed »? Nescis quid queat ver-
[bum Dei?

RECT. Rebellent!

IOANNES. Nequaquam! Deus sic impe-
[rat!

Potest quis obstare divino stimulo?
Fac, et videbis opus Dei proxime.

RECT.¹ Obstem? Resistam? Sed minister im-
[perat!

IOANNES.² Mane litabam devotione maxima
Ad *Consolatae*, quae Regina cordium
Hanc ornandam dedit mihi provin-
[ciam;

Ito, dixit, fac, salva filios meos!

RECT.³ Habebo semper at paratos milites!

IOANNES.⁴ Hoc ego fretus tutus adiutorio
Opus adgrediar certus victoriae....

RECT. Eamus.

IOANNES. I prae!

RECT. Te sequar.

IOANNES. Sed nescius
Ego sum loci. (Tuum Virgo da auxi-
[lium!)⁵

SCENA VII.

AMBROSIUS.⁶

Adest novum certe rerum nunc saeculum....
Sciens quis possit surgere in proximum?
Meis audivi post ianuas auribus
Quid hic sacerdos ausu profert improbo.
Nescit quam iuvenes sint hi nefarii....

(*Ad proximum numerum*).

¹ Intra se.

² Intra se.

³ Item intra se.

⁴ Prosequitur intra se.

⁵ Exeunt ambo.

⁶ Est ingressus quum alii colloquebantur.

Dr. JOSEPHUS FORNARI, Sponsor.

ROMAE, - TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS,